q̄modo creditis q̄ deus det vobis ꝓuisio
nem si non facitis sibi seruiciū quod tene
mini nullus dn̄s ꝓuideret seruitoribus
nec vasallis nō seruientibꝫ sibi.

Feria sexta pasche. Sermo

Data ē mihi oīs
potestas. Mathei vltimo. hoc
est verbū xp̄i ꝓprie. appropiate vero potest
esse verbū cuiuslibet xp̄iani dicit xp̄s ꝓprie
tanq̄ dn̄s ⁊ saluator. Data est mihi oīs
potestas. hoc dixit discipulis suis quādo
eis apparuit postq̄ surrexit a mortuis. da
ta est mihi oīs potestas scz super omnes
creaturas merito passionis. Racio nam
lex dei est q̄ vult in hac vita ꝓ honore dei
humiliare seipsum in alia vita exaltabit̄.
dixit ergo apostolis cōtendentibꝫ de ma
ioritate regni celoꝝ. Mathei. xviij. Ec
ce lex dei. Quicunq̄ humiliauerit se sicut
ꝑuulus iste. hic maior est in regno celo
rum Mathei. xviij. Ecce lex dei. Modo
videamꝰ q̄modo xp̄s merito sue humili
tatis meruerit exaltari sup̄ omnes crea
turas. Nota q̄tuor gradus humilitatis
xp̄i Primꝰ qꝛ voluit hūiliari sub crea
turis corporalibꝫ scz sub elementis corpo
ralibus q̄ dabant ei tediū ⁊ calorē frigꝰ
pluuiā ventū ⁊ sic ido s̄m legē dei meruit
inquantū homo dn̄iū ⁊ exaltacionē sup̄
omnes creaturas corporales ido omnes
subiciunt̄ īperio suo. ita q̄ si p̄ciperet mon
ti vt se mutaret stati esset factū. Ideo si
p̄ciperet soli lune vel stellis vt starent. ⁊
sic hoc meruit quia sub eoꝝ influentijs vo
luit humiliari. Scd̄s gradus est quia
voluit humiliari sub creaturis angelicis.
assumens nō angelos s̄ carnē passibilem
⁊ mortalē. Itē quia voluit ab āgelis gu
bernari quia quādo erat ꝑuus per ange
lum q̄ apparuit Joseph voluit in egiptū
fugere ⁊ redire de egipto. Itē ab angelo
in passione voluit cōfortari. licet nō indi
geret quia maior est angelis s̄ voluit hu
miliari ideo meruit habere dominiū sup̄
angelos intantū q̄ statim faciūt quicq̄d
p̄ceperit eis. Tercius gradus est quia
voluit humiliari sub creaturis humanis
singulariter ī sua passione in qua fuit hu
milis ⁊ obediens sagionibꝫ ⁊ ministris eo
rum imperio expoliando ⁊ ponendo se in
cruce ⁊c̄. extendendo brachia. ido meruit
habere dominiū super oēs homines mun
di qui sunt fuerunt ⁊ erunt. Quartus
gradus est quia voluit humiliari sub cre
aturis infernalibꝫ quādo a demonio vo
luit tēptari in tēplo. in deserto. ⁊ in mon
te. ideo meruit habere dominiū super om
nes demones q̄ fugiunt quando audiunt
nomen eius. Patet ergo ex lege dei. quo
modo in alia vita exaltat̄ qui in hac vita
ꝓ deo vult humiliari. de quo auctoritas
ad philippēses. ij. humiliauit semetipsuꝫ
factus obediens. Nota humiliauit semet
ipsum sub ipsis p̄dictis q̄tuor gradibus
creaturaꝝ ido ꝓprie dn̄s ihesus potest di
cere. thema. Data est mihi oīs potestas.
Scd̄o q̄ a ꝓpriate quilibet xp̄ianus po
test dicere aliquo modo. data est michi
omnis potestas. Et hoc ꝓpter q̄tuor po
testates quas deus dedit cuilibet homini.
Prima est de generacōne diuinali
Scd̄a de reconsiliacōne sp̄uali
Tercia de sanacione corporali
Quarta de saluacione celestiali
Ex hijs d̄r xp̄ianus. Data ē mihi oīs
potestas ⁊c̄. Prima potestas data cuili
bet homini. est de generacōne diuinali. qꝛ
q̄libet homo efficitur filius dei scilicet in
baptismo. baptismꝰ enī est sp̄ualis gene
racio. Semen est verbū dei quod mittit̄
a deo per os sacerdotis baptizantis isto
modo efficit̄ homo filius dei Magna po
testas est ista q̄ de filio rustici vel pasto
ris subito efficiatur filiꝰ dei ⁊ habeat ius
in regno dei quod nō habuit ante baptis
mum. Racio quia uondū est filius dei s̄
post baptismū puer ita intrat paradisum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

secure sicut filius in domo patris. Ecce magna potestas. De ista potestate dt iohannes. Dedit illis potestatē filios dei fieri hijs qui credūt in noīe eius. Johannis p̄mo. Moralit̄ exquo oēs sunt boni filij dei ⁊ regis ihesu xp̄i. patet quantū debent cauere de tribus maxime peccatis Primo ne bibant in tabernis quia nō decet hoc filios regis. licet viatores possunt nō tamē debent hoc facere illi q̄ habēt ibi domos vxores ⁊ filios. Ideo apostol⁹ prima Chor. xi. Nunq̄d domos nō habetis Scdo ne ludant cū taxillis. nō enī conuenit filijs regis ꝙ sint lusores īmo omnes mirarent̄ si viderent filiū regis cū lusoribus. Idē de xp̄ianis quibꝫ non licet. Rō quia ludus taxillorꝫ est fons iurandi per deū ⁊ furandi quia ex ludo nihil potest lucrari. quia oportet restituere. ꝫ quod perditur hoc est perditū. Unde talis ludus est inuent⁹ a dyabolo ad dāpnandū animas. quoniā ex ludo condēpnant̄ septez cōdiciones gentiū ⁊ hoc ostendit̄ taxillis quia inter duas ꝑtes semꝑ ostendit. primo dāpnant̄ illi q̄ inuitant alios dicēdo ludam⁹. scdo consentiētes. tercio iuuantes. quarto taxillos p̄stantes vel pecunias. q̄nto q̄ intrant domū vel tabernā. sexto domin⁹ domus. septimo rectores communitatl quia sciunt ⁊ nō corrigūt quod est tā magnū peccatū hinc dicit̄ tercio. Mundā seruaui animā meā nunq̄ cum ludentibus miscui me ꝫ bonus ludus est ludus baliste ⁊ cū pila. Terciū peccatuz cauendū est deuz iurare vel renegare qd̄ est tā magnū peccatū qd̄ terra nō potest sustinere. Dicā vobis vnū magnū miraculū de biblia Legit̄ quarto regū. xix. de quodā magno rege assiriorꝫ vocato Sennacharib q̄ hēbat centū octuaginta q̄nq̄ milia hoīes armorꝫ q̄ dixit vnā blasphemiā contra deū dicēs. Et nō potest deus tu⁹ tantū ꝙ liberaret te de manibꝫ meis hoc dixit regi israhel. Ex ista blasphemia omnes sui hoīes armorꝫ fuerunt incinerati illa nocte. Modo attende quotiēs lusores dicant. nō posset deus ꝙ ante veniat quater q̄ꝫ zinck. ideo cauete vos ab istl blasphemijs Ideo est bonū affirmare ꝑ aduerbia ⁊ honorare nomen dñi. Unde dicit scp̄tura Maledicti erūt qui contēpserint te ⁊ condēpnati erunt omnes qui blasphemauerint te. Thobie. xiij. Caueatis ergo ab illis ⁊c̄. Secūda potestas nobis a deo data est de reconciliacione spirituali. Dic postq̄ꝫ sumus filij dei per baptismum tanq̄ꝫ filij mali ⁊ ingrati per malam vitā ⁊ peccata efficimur inimici xp̄i ⁊ perdim⁹ primā potestatē ideo ꝓuidit nobis deus dando potestatē de reconciliacione spirituali scz per penitenciā per quā possum⁹ patri nostro ihesu xp̄o reconciliari. Nullus est ī mundo ita magn⁹ peccator ⁊ mal⁹ ꝙ si dolet de peccatis xp̄s statim ꝑcit pater est ⁊ nō obliuiscitur filios suos. Ideo quādo filij humilit̄ petunt veniam ⁊ ꝓponunt emēdare se. statim pius pater ꝑcit eis. Nota miraculū Mathei ix. de illo paralatico q̄ nihil poterat facere. amici vero eius portauerūt ipsum xp̄o dicendo suā infirmitatē ad quē dixit xp̄s Confide fili dimittunt̄ tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis dixerūt intra se. Hic blasphemat. Et cū vidisset ihesus cogitacōnes eorꝫ dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibꝫ vestris. Quid ē facili⁹ dicere dimittuntur tibi pctā tua? an dicere surge ⁊ ambula. Ut aūt sciatl qz fili⁹ ⁊c̄. vsq̄ꝫ videntes autē turbe glorificauerūt deū qui dedit talem potestatē hominib⁹ Mathei. ix. Hic paraliticus est peccator qui nullū opus meritoriū potest facere licet posset ieiunare orare ⁊ elemosinas dare. non tamē est meritoriū ad gloriaz Si dicat̄ ergo dimittā ergo hmōi opera Responsio bona opera nō sunt dimittenda quia licet non valeāt ad gloriā tamē valēt ad multa alia bona ⁊ finalit̄ ad habendū cōtricionē Ideo q̄ꝫtūcūq̄ꝫ sit pctōr ⁊ sit in pctō bona non sunt dimittenda.

immo tunc sunt magis necessaria ꝫ non sunt meritoria. Auctas Job. iij. Sine me dt xp̄s nihil potestis facere. ꝫ hic paraliticus curat̄ si in lecto pñie per q̄tuor ante xp̄m portat̄ duo portatores a pte ante sunt cōtricio ⁊ ꝓpositum abstinēdi a peccatis. duo a pte post sunt oris ꝯfessio vt exeant īmundicie sicut īsanies de apostemate. Scd̄s est pñie a confessore iniuncte obseruacio. talis peccator si sic portatur ante xp̄m reconsiliabit̄ cum xp̄o. ⁊ xp̄s vocat eū filiū dicens. Confide fili remittunt̄ ⁊c̄. Tercia potestas nobis a deo collata est de sanacōe corporali scz si habem⁹ infirmitates plagas dolores. ⁊ sic in corporib⁹ nostris possumus curari etiā si nō esset aliqua medicina in mūdo. Racio xp̄s non solū est dn̄s ⁊ medicus animaꝝ nostraꝝ. ꝫ etiā corporꝝ que ipse format quia p̄r ⁊ mater modicū ibi faciunt scz vile mater nescit q̄d portat ꝫ de⁹ est ille q̄ suis manib⁹ format corpus deinde creat animā. Ideo xp̄s curat de animabus q̄bus ꝓuidit per baptismū ⁊ per alia sac̄menta ecclesie ⁊ dedit etiā remediū ⁊ medicinā ꝓ corporalib⁹ scz in die ascensionis qn̄ debuit ascendere in celuz Primo ordinauit medicinā ꝓ corporalibus nostris dicēs signa autē eos q̄ crediderint hec sequent̄ ⁊c̄. Marci vltimo Nota eos q̄ crediderint non eos scz qui sancte viuūt. Nota in noīe meo cui⁹ nomen est ihesus xp̄s ⁊ alia oīa sunt cognomina linguis loquent̄ nouis. i. mutis dabit verbū si sit vtile aīe ꝫ multis esset vtilius vt essent muti vt mulieres loquaces de infirmitatibus Nota ꝙ multis vtilis est infirmitas quia humiliant̄ ⁊ sequunt̄ ecclesias. Dic practice de noīe ihesu cum signo crucis ⁊c̄. Si haberem⁹ fidē nō oporteret nos ire ad medicos nec diuinos nec sortilegos. Dic de illo hoīe curato sub andia a vulnere cum noīe ihesu Ideo xp̄us Luce. x. Ecce dedi vobis potestatē calcandi sup̄ serpentes ⁊ sup̄ omnē virtutē inimici ⁊ nihil nocebit. Quarta potestas a xp̄o nobis data est de saluacōe celestiali hec est alijs melior scz habere potestatem regnādi in paradiso De hac potestate dicit scp̄tura Thobie. p̄mo. Dedit illi potestatem q̄cunq̄ vellet. Nota q̄cunq̄ vellet in alio mūdo sunt due ciuitates. s. paradisus ⁊ infern⁹. In paradiso est gloria. in inferno ē pena ⁊c̄. Dedit aūt deus potestatē hominib⁹ ex libero arbitrio ascēdere q̄cunq̄ vellent. Si vis ad ciuitatez paradisi ire. potestatē habes eundi. si vis ad ciuitatē inferni. ad idē. Diceret aliq̄s ergo omnes ibim⁹ ad paradisum. qz omnes volunt illuc ire. Nota q̄modo licet dicant ore volum⁹ ire ad paradisum tn̄ opere ⁊ facto oppositū faciunt ⁊ ideo recipiunt̄ in alia ciuitate scz in inferno. ideo mendaciū dicunt sicut si q̄s dicit se velle ire bethauiā ⁊ ceperit viā ad valenciā. sic omnes dicitl ꝙ vultis ire ad paradisum ⁊ recipitis viā inferni scz viā superbie ⁊c̄. que ducit ad infernum dimissa via plana humilitatl que ducit ad paradisū Idē de alijs vicijs ⁊ virtutib⁹ Ecce q̄re dt dedit illi potestatē ⁊c̄. Si dicat̄ p̄dicta repugnant p̄destinacioni. Respondeo ꝙ hoc ē erroneū q̄niā p̄destinacio nō aufert liberum arbitriū. Etiā si sis p̄destinat⁹ ⁊ finis vitā tuā in peccato mortali. dāpnat⁹ es. quia p̄destinacio includit vt impleat̄ per bonā vitā Job. xxxvi. Annūciat de ea id est de vita eterna amico suo ꝙ possessio eius sit ⁊ ad eā possit ascendere. De hijs potest dicere quilibet. Data est mihi potestas ⁊c̄.

Sabbato post pascha. Sermo

Monumentū vidit ⁊ credidit. Johānis. xx. ca. Verbū ꝓpositū declarat nobis modū q̄modo Johānes euuāgelista credidit xp̄i